



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XLVIII. Pauper Imperator imperium recusans.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

ma non tulerim, sed quod illa priora toleraverim. Qui capitis poenas à suo fratre pro uxore dilecta petit, quid ipse meruerit, ostendit. Crimen superius huic imputare non possum: nam frater ignovit. Quantum tibi nuptiarum cessione præstiterit, adulterio probaverunt. tibi liberas & perpetes noctes, sibi furtiva commercia, & amorum pericula reliquerunt. ignosce amantibus, si vere amasti.

XLVII.

Infamis in nurum.

ADULTERUM CUM ADULTERA LIGEA OCCIDERE. REUS CÆDIS ADVOCATUM, QUEM VOLET, ELIGAT. Erat infamis in nurum, invenit adolescens incertum quem adulterum, capite velato, uxorem solam peremit: fit reus cædis: Advocatum patrem postulat: contradicit.

PRO FILIO.

Accusator objicit, quod adultero pepercerim: pater dolet quod nurum ejus occiderim. Adulter occidi maluit, quam videri. Habet adulter poenam suam: cruciatur conscientia, pudore torquetur. Et si interim tectus evasit, inveniet illum postremo vel fama.

XLVIII.

Pauper imperator imperium recusat.

Pauper & dives inimici belli tempore, dives est creatus imperator. qui cum bis fugatus esset, pauper legem tulit, ut qui ter fugatus esset, in crucem tolleretur. Tertio dives fugatus est, & in crucem latus. Filius divitis fert rogationem, ut imperium transferatur ad pauperem: pauper contradicit.

CONTRA PAUPEREM.

Habes, pauper, grande solatium: reliquisti superstitem legem. Procede legumlator ad bellum. Muta stylum gladio, lorica togam. Jam fortunæ satisfecimus, & hostes, vel dum vincimur, fatigavimus. In victoriam pene succedis alienam.

XLIX.